



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

Appendix Decretorvm Qvæ Pvblcata Svnt, & locis consuetis affixa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](#)

APPENDIX
DECRETORVM
QVÆ PVBLICATA SVNT,
& locis consuetis affixa.

POST INDICIS ROMANI
ANNI M, DC, LXIV. Editionem;

Ad extrema usque ALEXANDRI VII.
Pontificis Maximi.

nn 3 LXXXII.

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.

**APPENDIX
DECRETORVM**

GAE BABTICATA SANT.

6023 INDICES ROMANI

VNTVDE DEXINDE ALEXANDRI AII

Pontificis Maximi

LXXXII.

DECRETUM

Sacrae Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum D.D.S.R.E. Cardinalium à Sanctissimo D.N.ALEXANDRO PAPA VII. Sanctaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitio- nem, expurgationem, atque impressionem in uniuersa Republica Chri- stiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

SACRAE Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus fuit infra- scriptus Liber vbi cumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendus. Ne- mo cuiuscumque gradus, & conditionis eum imposterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus seu locorum Ordinariis à praesentis Decreti notitia tradat sub pena in Indice Librorum Prohibitorum con- tentis.

LIBER EST,

Journal de Monsieur de Saint-Amour Docteur de Sorbonne, de ce qui s'est fait à Rome dans l'affaire des cinq Propositions. Imprimé par les soins dudit Sieur de Saint-Amour, en la présente Année M, DC, LXII.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D.D. Cardinalis Ginetti Episcopi Sabinen. supradicti S. Congregationis Prefecti, praesens Decretum signatum, & munitum fuit. Datum Rome, in Palatio Apostolico Quirinali, die 28. Martij 1664.

*M. Card. Ginettus Pref.**Fr. Hyacinthus Libellus S. Congr. Secr.*

Loco † figilli.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi 1664. Indict. secunda, die 31. mensis Mar- tij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Pro- uidentia PP. VII. anno ejus nono, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicę Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę, ac in aliis locis solitis, & consuetis Vrbis per me Laurentium Signium Sanctiss. D. N. PP. Curs.

*Carolus Franceschinus Curs. Mag.**ROMÆ, Ex Typographia Reuerenda Camera Apostolica. 1664.*

LXXXIII.

DECRETUM

Sacrae Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S. R. E. Car- dinalium à Sanctissimo D.N.ALEXANDRO PAPA VII. Sanctaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitio- nem, expurgationem, & impressionem in uniuersa Republica Chri- stiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

SACRAE Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus fuit infra- scriptus Liber vbi cumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendus. Ne- mo cuiuscumque gradus, & conditionis eum in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis à praesentis Decreti notitia tradat sub pena in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

LIBER

LIBER EST.

Gusto afflito di Giesù Christo nostro Signore. Consideratione di Fra Matteo da Veglia. In Venetia 1663.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D.D. Cardinalis Ginetti Episcopi Sabinen. supradictæ Sacrae Congregationis Prefecti, prelatis Decretum signatum, & munitum fuit. *Dat. Roma, in Palatio Apostolico Quirinali, die II. Iunij 1664.*

M. Card. Ginettus Prefectus.

Loco † sigilli.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Congr. Sur.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi 1664. Indict. secunda, die 14. mensis Junij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Parris, & D.N.D. Alexandri Divina Providentia PP. VII. anno ejus decimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranen. ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Florz, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Alexandrum Albitum Sanctiss. D. N. PP. Curf.

Carolus Melanus Curf. Mag.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolice. 1664.

LXXXIV.

DECRETVM

Sacrae Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à S.D.N. ALEXANDRO Papa VII. Sanctaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem in Vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum, ubique publicandum.

SACRAE Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectuè suspen- si fuerunt infra scripti omnes Libri vbi cunque, & quo cunque idiomate impressi, imprimendiue. Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, vel im- primat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis à presentis Decreti notitia tradat, sub pena in Indice Librorum Prohibi- torum contentis.

LIBRI SVNT.

DE concordia Sacerdotij & Imperij, seu de Libertate Ecclesiæ Gallicana liber à Stephano Balutio impressus Parisijs, anno 1663. Perperam adscriptus Petru de Marca; ex cuius retractatis scriptis, aliorumque erroneous sententijs opera prefati Baluti editus est.

D. Francisci Verde opus impressum Lugduni, 1662.
Candor Lilij, seu Ordo Prædicatorum à calumniis, & contumeliis Petri à Valle- clausa vindicatus Autore R. P. Io. Casalas, Parisijs, 1664.

Defensio pro Valeriano Magno, in qua exponitur Ecclesiæ Romano-Catholicae scandalum, id est, Iesuitatum Hæresis, seu Atheismus drectus à Theophilo, anno 1661, sine loco impressionis.

Christiani Kortholti S. Theol. Ddi. Valerianus Confessor, id est, solida Dema- stratio, quod Ecclesia Romana hodierna non sit vera Christi Ecclesia, anno 1661, sine loco impressionis.

Io. Launoij Parisiensis Theologi Censura Responsionis. Latetia 1663.
Murenuæ Sacrae Vestis. Autore R.P.D. Virginio Aluisio Bisontino, Venetijs 1661.
Il Fuggi-l'otio di Tomaso Costo. In Venetia 1620. & 1663. Donec corrigatur. In quo-

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E.V.
=4.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. D.D. Cardinalis Ginnettii Episcopi Albanen. Supradicta Sac. Congregationis Praefecti, praesens Decretum signatum, & munitum fuit. Rome, in Palatio Apostolico Quirinali, 17. Novembris 1664.

M. Cardinalis Ginettus Praefectus.

Loco f. sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Pred. Sac. Congreg. Secretarius.

Anno à Nativitate D.N. IESV Christi 1664. Indictione secunda, die 26. mensis Nouembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Parris, & D.N. D. Alexandri Divina Providentia. PP. VII. anno ejus Decimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilica Lateranen. ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Flore, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Signum Sanctiss. D.N. PP. Curf.

Franciscus Perinus Curs. Mag.

R O M A E , Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1664.

LXXXV.

DECRETVM

Sacrae Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctiss. D.N. ALEXANDRO Papa VII. Sanctaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, impressionem in uniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

SACRAE Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectuè suspensi fuerunt infra scripti omnes Libri, vbiunque, & quo cunque idiomate impressi, imprimendue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus seu locorum Ordinariis à presentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

L I B R I S V N T .

Alphonsi de Vargas Toletani, Relatio ad Principes Christianos, de Stratagematicis, & Sophismatis politicis Societatis Iesu ad Monarchiam Orbis Terrarum sibi conficiendam.

Item tres Libelli huic annexi, qui sunt ; Sedis Apostolica Censura Prima aduersus nouam, falsam, impiam, & haereticam Societatis Iesu doctrinam, nuper in Hispania publicata.

Iesuiticum fidei Symbolum velut Canticum nouum.

Actio haeresis in Societatem Iesu.

Apologia Valeriani Magni reuisa cum notabili augmentatione aliquot Epistolarum.

Exercito Limpio Austral contra las Manchas que del Prado en unos memoriales, y Pasquin, y otros papeles disformes, han salido a questi dias, &c. ofrecelo al Señor Don Juan de Austria General, &c. El Padre Fr. Franciso de la Madre de Dios.

Iuicio de Salomon A cerca de aueriguar quien sea la verdadera Madre de un hijo llamado antiquamente continuo despues glossa continua, y aora cadena de oro sacado a luz, y dispuesto por el Padre Fr. Martin Perez de Guevara del Orden de los frailes Menores, &c.

Martini ab Holuberueso, Responsio Apologetica pro sententia P. Hieronymi Florentini, de Baptismo abortiuorum, aduersus objecta Vigilantij ab Arce.

Il Mistico Parlamento d' Apollo ; di Collarino di Bretel.

Noctes Granzovianæ, seu Discursus panegyricus de antiquis Triumphis in publicum, tam Ecclesiasticis, quam Politiarum usum clucubratus. A Martino Guichardo.

Index Prohibit. Romanus.

oo Notæ

Note sexaginta quatuor Morales censoria historice ad inscriptionem, epistolam ad Lectorem, approbationem, & Capita tredecim introductionis ad Historiam Concilij Tridentini P. Sfortiae Pollauicini, &c. Stanislai Foenic Colonicensis Opera typis euangelicis, &c. his additus est Libellus continens discussionem quatuor Iudiciorum jam impressorum de eadem P. Pallavicini Historia.

Patri Petri de Alua, & Astorga Opera sequentia.

Nodus indissolubilis; De Conceptu ventris, seu sub alio titulo, Funiculi nodi indissolubilis de Conceptu mentis, & Conceptu ventris.

Sol veritatis cum ventilabro Seraphico pro candida Aurora Maria, &c.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinalem Ginetti Episcopi Sabinen. supradictæ Sacrae Congregationis Praefecti præfens Decretum signatum, & munitum fuit. Rome, in Palatio Apostolico Quirinali 22. Junij, 1665.

M. Card. Ginettus

Loco † Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Pred. Sac. Congreg. Sac.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi 1665. Indictione tertia, die vero 6. mensis Iulij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, divina Providentia Papæ VII. anno ejus Undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valueas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Francischum Sanctiss. D. N. Papæ Curti,

Gregorius Stagiuss Curf. Mag.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicae. 1665.

LXXXVI.

ALEXANDER EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ad aures nostras peruenérunt duos prodíssi Libros, quorum alteri titulus est: Censura Sacre Facultatis Theologici Parisiensis in Librum, cui titulus est: *La Défense de N. S. P. le Pape, de Nosseigneurs les Cardinaux, les Archevêques & Enfesques & de l'employ des Religieux Mendians, contre les erreurs de ce temps*, Par Jacques de Vernant, à Mers, 1658. Alteri vero titulus est: Censura Facultatis Theologici Parisiensis in librum, cui titulus est: *Anadei Guimenij Lomarenſis, olim Primary Sacra Theologia Professi, Opusculum*, &c. In quibus Libris Censura presumptuosa norantur aliqua Propositiones, exque præsertim quæ ad Romani Pontificis, & Sancte Sedis Apostolicæ auctoritatem, Episcoporum jurisdictionem, Parochorum munus, Priuilegia à S. Sede concessa, dispensationes Apostolicas, actionumque Moralium regulam pertinent, & alij quæ & grauissimorum auctoritate scriptorum, & perpetuo Catholicorum usu nituntur, & cum fieri non possit sine publico Catholicæ Religionis detimento, ut prædictæ Censuræ in commemoratis libris sine debita Ecclesiæ animaduertione & damnatione remaneant. Nos pro Apostolico munere quo licet immeriti fungimur, ut grauissimo scandalo quod indè Catholicis accidere posset occurramus; habitis prius doctissimum ac insignium in Sacra Theologia Magistrorum ac Professorum, & Sacratum Sedis Apostolicæ Congregationum Qualificatorum, quos ad hæc specialiter depurauimus, consultationibus, ut rei grauitas videbatur postulare; nec non auditis suffragiis venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana generalium Inquisitorum; Motu proprio & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præfatas Censuras uti præsumptuosas, temerarias, atque scandalosas, auctoritate Apostolica damnamus & pro damnatis haberi volumus, easque nullius

nullius valoris & roboris fuisse, sed easas & irritas esse declaramus: mandamus insuper ne quisquam ex Christi fidelibus eujuscumque gradus ac dignitatis existat, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori dignitate, etiam speciali, ac specialissima nota digna suffultis, praedictas Censuras approbet, sequatur, atque defendatur; neve in publicis, aut priuatibus lectionibus, disputationibus, sessionibus, aut alijs actibus publicis illas sequatur, tueatur, aut doceat, neque in Libris, aut etiam scripturis publicis, vel priuatibus, aut alio quocumque modo illas alleget, sub pena excommunicationis latæ sententiae ipso facto incurriendæ, cuius absolutionem nobis, ac Sedi Apostolicæ referamus. Præterea Typographis, ac Bibliopolis expressè prohibemus, ne præfatos Libros, & Censuras imprimere, ac typis mandare, minusque impressos vendere audeant, ac præsumant sub eadem pena excommunicationis latæ sententiae ipso facto incurriendæ. Insuper Libros, scripturas, & alia opera, in quibus præfatæ Censuræ quomodolibet continentur, laudantur, & defendantur, Apostolica auctoritate prohibemus, ac pro vetitis habere volumus; mandamusque ne aliquis illos, ac illa legere, aut penes se retinere præsumat, sed locorum Ordinarijs, aut Hæreticæ prauitatis Inquisitoribus in locis, in quibus S. Inquisitionis officium exercetur consignet, sub pena excommunicationis, ut suprà ipso facto incurriendæ. Dictisque Ordinarijs, ut etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis, nec non præfatis hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districte præcipimus, ut contra transgressores, inobedientes, ac rebelles diligenter inquirant, & procedant, & ad declarationem dictæ excommunicationis, & ad alias peinas pro gravitate ipsorum inobedientiæ ac transgressionis pro eorum arbitrio procedant. Cæterum ultrius de præfatis Censuris judicium, deque opinionibus in prædictis Libris Iacobi Vennant, & Amadei Guimenij contentis, nec non de alijs in eisdem Censuris expressis, siue in eis præmemoratae opiniones notentur, siue non, nobis, ac S. Sedi Apostolicæ referamus. Decernentes insuper præsentes Litteras semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, siue plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, siveque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos ubique judicari, & definiri debere, siue blata eijs & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac iuritum & inane esse quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem ut præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus abhibetur, quæ ipsis Originalibus Litteris adhiberetur, si essent exhibita vel ostensa. Nulli ergo hominum licet hanc nostram Constitutionem, & Ordinationem, infringere, veleci ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prælumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, ejus se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1665, septimo Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno undecimo.

I. Cardinalis Prodatoarius,

S. VGOLINVS.

Visa de Curia, P. CIAMPINVS

Registrata in Secretaria Brevium.

P. CIAMPINVS.

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1665. Indict. 3. die vero 26. Mensis Junij, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, Divina Prudentia Papæ VII. anno ejus undecimo, supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ & publicatae fuerunt ad valvas Basiliæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ ac in alijs Locis solitis & consuetis urbis, per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, ac Sanctissimæ Inquisitionis Curforem.

LXXVII.

Feria V. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & uniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. ALEXANDRO Diuina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticani prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter Deputatis.

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
=4.

SAntissimus D.N. audiuit non sine magno animi sui merore, complures opiniones Christianæ Disciplinæ relaxatiuas, & Animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim nouiter prodire: Et summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepit alienus omnino ab Euangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in præcepta sequentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cuius verba in æternum permanent, arctam esse definit, in animarum perniciem dilatari, seu verius peruertere contigeret; idem Sanctissimus D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatio, latâque per quam itur ad perditionem, via, pro pastorali sollicitudine in rectam semitam euocaret, earundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris & deinde Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus serio commisit: Qui tantum negotium strenue aggressi, cique sedulè incumbentes, & mature discussis usque ad hanc diem infra scriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati suæ singillatim expulerunt.

Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenuerit elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium.

Vix equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurat.

Sententia afferens, Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentinæ, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Iulij in Consistorio Sacra Congregationis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absoluere quoscumque seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurta.

Quamuis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare si probare non possis.

Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam pollic legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; ac proinde non est denunciandus.

Modus euadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est: Si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absoluere absque onere denunciandi.

Duplicatum stipendum potest Sacerdos pro eadem Missa licet accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsiusmet Celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.

Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur per alium satisfacie collato illi minori stipendio, alia parte stipendijs sibi retenta.

Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendum accipere, & sacrificium unum offerre; Neque etiam est contra fidelitatem, etiam promittam promissione etiam juramento firmata, danti stipendum, quod pro nullo alio offeram.

Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliud cau-

causam, non tenetur in sequenti confessione exprimere.

Mendicantes possunt absoluere à casibus Episcopis referatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confiteretur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo iustè reprobato.

Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesie.

Penitens proptia auctoritate substituere sibi aliud potest, qui loco ipsius penitentiam adimpleat.

Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem grauia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram grauissimis Viris prædicta impingere nisi occidatur.

Licer interficere falso Accusatorem, falsos Testes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum euitare.

Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Vxorem in adulterio deprehensam.

Restitutio à Pio V. imposta Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Iudicis, cù quod sit pena.

Habens Cappellaniam collatiuam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum varet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.

Non est contra iustitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica pecunia interueniente non exigit illam pro collatione beneficij, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

Frangens jejunium Ecclesie, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subiungere præcepto.

Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideoque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.

Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: commisi cum soluta graue peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Iudex pecuniam, accipere pro ferenda sententia in fauorem unius præ alio.

Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censi præsumi probabilis, dum non constet, reiectam esse a Sede Apostolica tanquam improbabilem.

Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium Propositionum examini cura & studium impendiatur, interea idem Sanctissimus re mature considerata statuit, & decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatione, publicè, aut priuatim tractauerit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à quo non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolui.

Insuper districte in virtute sanctæ obedientiæ, & sub intermissione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad proxim deducant.

Ioannes Lupus Sancte Romane, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † Sigilli.

Anno à Nativitate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto,

• o 3 India

Indictione tertia, die vero 2. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patis, D. N. D. Alexandri, diuina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Canonicae Apostolicæ, ac in acie Campi Flora, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissime Inquisitionis Cursum.

R OMÆ Ex Typographia Ren. Camerae Apostolice 1665.

LXX XVIII.

Feria v. Die 18. Maij 1666.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanae, & uniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo D. N. D. ALEXANDRO Diuina prouidentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Sancte Romanae Ecclesiae Cardinalibus, in tota Republica Christiana aduersus haereticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMVS D. N. post latum Decretum die xxiij. Septembri proxime clavis, quo viginti octo Propositiones damnatae fuerunt, examinatis sedulo, & accuratè usque ad hanc diem infra scriptis alijs quadragesimum quintum numerum impletis, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales aduersus haereticam prauitatem Generales Inquisidores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audiuit.

Propositio 29. In die Iejunii, qui sepius modicum quid comedit, et si notabilem quantitatatem in fine comedederit, non frangit Iejunium.

30. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusatæ ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

31. Excusatæ absolvè à p̄cepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei confiant.

32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi oua, & lacteina in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quacumque Eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit.

34. In die Palmatum recitans officium Paschale, satisfacit p̄cepto.

35. Unico officio potest quis satisfacere dupli p̄cepto pro die presenti, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientiæ uti priuilegiis suis, quæ sunt expressè teuocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatae à Paulo V. hodie sunt realitatem datæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non p̄ceptum.

39. Illa particula quamprimum intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo confessus ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis el-

INDICES
librorum
PROHIBITORUM
E. V.
=4.

utilis esset ad oblectamentum concubinarij, vulgo *regalo*, dum deficiente illo, nimis agere ageret vitam, & alia epulae tedium magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficultate inueniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annum legatum pro Anima relictum, non durat plus quam per decem annos.

44. Quoad forum conscientiae, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censurae.

45. Libri prohibiti donec expurgentur, possunt retineri, usque dum exhibita diligentia corriganter.

Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputaviè, publicè, aut privatim tractauerit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præter quam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à prottempore existente Romano Pontifice, absoluī.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientie, & sub intermissione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad proximam deducant.

Ioannes Lupus Sanctæ Romane, & Vniuersalis Inquisitionis Not. Loco † sigilli.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die vero 23. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, D. N. D. Alexandri, diuina Prudentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancelleriarie Apostolice, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ, Ex Typographia Reverenda Camerae Apostolicae. 1666.

LXXXIX.

DECRETUM

Sacrae Congregationis Eminentissimorum, ac Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. ALEXANDRO Papa VII. Sancta Sede Apost. ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

ACRÆ Indicis Congregationis decreto damnati, prohibiti, ac respectivè suspensi fuerunt infra scripti omnes Libri, vbi cumque & quo cumque Idiomate impressi, imprimendue. Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eos imposterum, vel imprimit, vel legit, vel retineat. Si quis interim habuerit inquisitoribus, seu locorum ordinariis à præsentis Decreti notitia tradat sub pena in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

A Liberto Magno (sic falso inscribitur quidam Libellus) diviso in tre Libri. Anonymi cuiusdam Liber, inscriptus, Theologia Moralis Iesuitarum.

Amadæ Guimenij Lomatensis Opusculum, Singulare Vniuersitatis Theologie
Moralis complectens, aduersus quorumdam Expostulationes contra nonnullas leſſi-
tarum opiniones morales.

L'Ateista Conquinto dalle sole ragioni dell' Abbate Filippo Maria Bonini.

Le bon Uſage de l'Eucharistie, ou la vraye, & sainte pratique du Myſtere du Sacre-
ment de la Cene de I. C. N. par Jean de Labadie.

D. Curradi Dieterici Institutiones Cathecheticae.

Dialogi Istorici, ouero Compendio Istorico dell' Italia, e dello Stato presente de'
Principi, e Repubbliche Italiane dell' Accademico Incognito. Prima Parte, Seconda, e
Terza.

Disputatio de Ministrando Baptismo humanis foetibus Abortiuorum à P. Hierony-
mo Florentino, &c. Non permittitur, nisi correcta iuxta ultimam impressionem Luce ex Ty-
pographia Hyacinthi Pacij.

Folium quoddam, cum hac inscriptione, Propositiones Belgio-unio-Romanæ, ac Papa-
les, incipiens; Peccatum non est Sacrificium Deo, &c.

Friderici Spanhemij Dissertationes Theologico-Historicæ.

Leo Allatius Nimirè temeritatis conuictus; sive Disputatio Apologetica de Eviden-
ti Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis dissensu, quam Praefide Ioh. Henrico Hottinge-
ro Sac. Th. D. publicè Censure Academicæ subiecit Octo Cornelius Bremenſus.

Libelli quidam continentes particularem cultum B. Anne; & sunt;

Orazioni quotidiane da recitarsi in Honore delle noue grandezze di S. Anna.

Prattico Ristretto delle deuotioni da farsi alla gloriosa S. Anna.

Rosario della gloriosa S. Anna.

Libelli quidam continentes Indulgentias, Gratias, Priuilegia, &c. Fraternalitis
Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captiuorum, & Beatæ Mariæ de Remedio
sunt.

Breuiſſimo Compendio dell' Indulgenzie, Grazie, e priuilegij, & effenzioni con-
cesſe da' Sommi Pontefici all' Ordine della Santissima Trinità della Redenzione de'
Schiavi.

Breuiſſimo Sommario dell' Indulgentie, Grazie, e priuilegij concessi da' Sommi Pon-
tifici all' Ordine della Santissima Trinità del Riscatto.

La Celeste Institutione del Sagro Ordine della Santissima Trinità della Redentio-
ne dell' Schiavi, con li Priuilegij, &c.

Compendio della Vita miracolosa de' Santi Gio. de Mata, e Felice Vaſchio, &c. Con
una breuifima dichiaratione delle sacre Indulgenzie.

Compendio dell' Indulgentie, Gratia, & Indulgentie da' Sommi Pontefici concessi al-
l' Ordine, & Archiconfraternità della Santissima Trinità del Riscatto, alla quale è uni-
ta la Confraternità della Madonna del Rimedio.

Compendio memorabile dell' Institutione, approbatione, e progresso dell' Ordine
della Santissima Trinità del Riscatto, e di due delle più Sante Confraternità, &c.

Compendio de gl' Obblighi, Indulgentie, Gratia, e Priuilegij, che godono li fratelli,
& sorelle della Compagnia Trinità del Riscatto.

La Sainte Confrerie du Redempteur; ou le grand Tresor des Indulgences conce-
dées par plusieurs Papes à la Confrerie de la Sainte Trinité ou Redemption des Cap-
tifs, &c.

Folium quoddam cum hac inscriptione: Breue Sommario dell' Priuilegij, e Indul-
gentie concesſe da Innocenzo Terzo, &c. all' Ordine, & Archiconfraternità della San-
tissima Trinità del Riscatto, &c.

Premiere Apologie pour Monsieur de Labadie, & pour la justice de la Declara-
tion.

In Vita D. Aurelij Augustini conscripta à P. Ioanne Rivio Ord. Eremitarum S. Au-
gustini, deleantur illa verba, quæ sunt in fine §. secundi Libri Quarti fol. 519. Impres-
sionis Antuerpiensis 1646. videlicet: Quibus dum similia, &c. usque ad illa verba: D. Euch-
ario ista sufficient.

In quorum fidem manu, & Sigillo Eminentissimi Domini Cardinalis Gi-
acobi Episcopi Sabinen. supradictæ Sac. Congregationis Praefeti presens decretum
signatum,

INDICES

Librorum
PROHIBITORUM

E V.
=4.

signatum, & munitum fuit. ROMÆ in Palatio Apostolico Quirinali die 10. Aprilis 1666.

M. Card. Ginettus.

Locus † sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Pred. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi 1666. Indictione quarta, die verò 10. mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri, diuina Providentia Papæ VII. anno eius undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum Sanctiss. D. N. Papæ Curseorem.

Hilarius Centellus Cursorum Mag.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerenda Camere Apostolice. 1666.

X C.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria v. Die 15. Iulij 1666.

PRODIIT membris elapsis libellus quidam idiomate Gallico impressus absque nomine auctoris, & sine loco impressionis, cui titulus: *Recit de ce qui s'est passé au Parlement au sujet de la Bulle de nostre Saint Pere le Pape Alexandre VII. contre les Censures de Sorbonne.* Cumque Sanctiss. D.N. Alexandro prædicto, ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus supremis, & generalibus Inquisitoribus in tota Republica Christiana innotuerit libellum prædictum falsitatibus, & erroribus undeque esse refertum, Auctoremque omnia suo capite compонere, contineréque propositiones erroneas, & scandalosas, Sanctissimo Domino Nostro, & Sanctæ Sedis auctoritati iniuriosas. Sanctitas sua huic malo occurrere volens, quod in perniciem Reipublicæ Christianæ verti posset. Auditis votis Eminentissimorum supradictorum mandauit, atque decreuit, libellum prædictum omnino prohiberi, prout præsenti decreto damnat, & prohibet, ac sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis decernit, ne quis libellum prædictum apud se retinere, legere, vel quocumque idiomate imprimere, vel imprimi facere audeat, sed eundem libellum, vel locorum Ordinarijs, vel hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, statim tradere, & consignare teneatur.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanae, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Locus † sigilli.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verò 20. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri diuina Providentia Papæ VII. anno duodecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Curseorem.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerenda Camere Apostolica. 1666.

DÉCRE

XCI.

DECRETUM.

Sacrae Congregationis Eminentiissimorum, & Reuerendissimorum DD. S.R.E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. ALEXANDRO Papa VII. Santaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, impressionem in uniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
=4.

SACRAE Indicis Congregationis decreto damnati, & prohibiti, ac respectivè soliensi fuerunt infra scripti omnes libri vbi cunque, & quo cunque idiomate impressi, imprimi, & die. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis, eos in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis à præsentis Decreti notitia tradat sub pena in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

ASTRONOMIA Mier ocosmicae sistema novum; cum annexo opusculo cuius titulus est. In Eversionem scholasticae Medicinae, Exercitationum paradoxarum Decas; Auctore Sebastiano Bartolo Parthenopæo.

Familiare Castigo Apologetico sul discorso Genealogico, &c. dedicato alla Verità Latino Volgari.

Epistola quedam Gallicè conscriptæ quarum titulus est.

L'Heretie Imaginaire.

P. Hippolyti Marracij opera sequentia.

Alloquitiones Pacificæ pro Immaculata Conceptione.

Excusatio pro Libello prænotato, fides Caietana, ac pro opere inscripto, Caietus Triumphatus, ac Triumphator in Controversia Conceptionis Beatisissimæ Virginis Mariæ.

Magister à discipulo edocitus in causa Conceptionis Beatisissimæ Virginis Mariæ. Meditamenta circa Bullam Alexandrinam, in fauorem Deipara Virginis ab originali peccato præseruatæ editam.

L'Homme irreprochable en sa Conuersation diuisé en trois parties, en chacune des quelles est traitée la maniere de parler, &c. Par Charles Bonnefille Bachelier in Theologie.

Homo Politicus, hoc est Consiliarius nouus, &c. Auctore Pacifico à Lape.

Mater Honorificata, sive de laudibus, excellentijs, & prærogatiis Diue Annæopera, & studio R. P. Ioannis Thomæ à Sancto Cyrillo; donec corrigatur.

Noua Concordia Prædestinationis cum libertate humana, Auctore Fratre Gregorio de Sebenico.

Paradiso Catolico per l'anime deuote.

Vniuersæ Historiæ, cum Sacra, cum Prophanæ idea odio & opera Iohannis Bunonis.

Folia quedam partim Gallicè, partim Latinè edita quorum tituli sunt.

De Elogio primo, ac præcipuo doctrina Angelici doctoris Sancti Thomæ Aquinatis occasione pertinentis cuiusdam impertinentis, &c.

Propositiones Belgio vnto Romanæ, ac Papales, literum prohibetur hoc folium cum elucidationibus cum quibus fuit iterum impressum.

Scalæ Iacob Virginibus Deo cum proposito perpetuæ Continentiæ, &c. à R.D. Iohanne Lindenberg &c. applicatae SS.T. Doct. Abrahamo Matzio, &c. approbatæ. Facultate

cultate Ioannis Episcopi Cartoriensis, &c. impressæ, Flosculi Electiores.

Mandement de Monseigneur l'Evêque & Comte d'Alet sur la signature du Formulaire.

Mandement de Monseigneur l'Evêque & Comte de Beauvais, Vidame de Gerberoi Pair de France, sur la Signature du Formulaire.

Mandement de Monseigneur l'Evêque d'Angers sur la Signature du Formulaire.

Mandement de Monseigneur l'Evêque de Pamiers sur la Signature du Formulaire.

Mémoire sur la Cause des Evesques qui ont distingué le fait du droit.

Second mémoire contenant la réponse aux raisons Politiques que le Père Anat allégué pour porter à poursuivre les Evesques qui ont distingué le fait, & le droit.

Troisième Mémoire contenant les réflexions sur le Mémoire présenté de la part de sa Majesté à ceux qu'elle a fait consulter touchant l'affaire des Mandements.

Quatrième Mémoire sur l'iniquité, & les pernicieuses conséquences de la conduite que les Jésuites inspirent au Pape, pour tourmenter les Evesques qui ont distingué le fait, & le droit.

Cinquième Mémoire sur le droit qu'ont les Evesques de n'être jugez que par douze Evesques de leur Province, Maintenu par l'Assemblée générale du Clergé de France de l'année 1650. & confirmé par la déclaration du Roi de 1663, sur les articles de Sorbonne vérifiés dans tous les Parlements.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinalis Ginetti Episcopi Portuens. supradictæ Sacrae Congregationis Præfeti, præsens Decretum signatum, & munatum fuit. Rome, in Palatio Apostolico Quirinali, 18. Ianuarij, 1667.

M. Episcop. Portuensis Card. Ginettus Præfetus.

Loco † Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Praed. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Nativitate D.N.IESV Christi 1667. Indictione quinta, die verò 18. mensis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri, diuina Prudentia Papæ VII. anno eius Duodecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancelleriæ Apostolicæ, ac in aëre Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Franciscum Perinum Sanctiss. D.N. Papæ Curs.

Petrus Paulus Desiderius Curs. Mag.

ROME Ex Typographia Reuerenda Cameræ Apostolicae, 1667.

X CII.

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V. Die 5. Maij 1667.

SANCTISSIMVS D. N. Alexander Papa VII. cùm acceperit non sine graui animi Smœrore Scholasticos quosdam acritus, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa Attritio, qua concipitur ex meta Gehenna, excludens voluntatem peccandi cum spe venie ad impetrandum gratiam, in Sacramento Pænitentie, requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei, afferentibus quibusdam, negantibus alijs, & inuicem aduersam sententiam censurantibus, Sanctitas Sua enixè cupiens pacis vinculum inter fideles seruari, omnemque scissuræ fomitem extingui, auditis votis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium aduersus hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, nec non DD. Consultorum, & Qualificatorum Sac. Congregationis eiusdem Generalis Inquisitionis; Hoc præsenti Decreto in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena excommu-

excommunicationis latæ sententiaæ huic sanctæ Sedi reseruatæ aliquipque penitentiæ quocunq[ue] gradu, ac dignitate etiam Episcopali, & maiori, imo & Cardinalitia fulgentibus, uti deinceps de materia Attritionis præfatæ scribent, vel libros, aut scripturas edent, vel doccebunt, vel prædicabunt, vel alio quoquis modo penitentes, aut scholares, exercitio erudiant; non audeant aliquid theologicæ censuræ, alteriusve iniuriae, aut contumeliz nota taxare alterutram sententiam, sive negantem necessitatem aliquam dilectionis Dei in præfata Attritione ex metu Gehenna conceptam, quæ hodie inter Scholasticos communior videtur, sive afferentem dictæ dilectionis necessitatem, donec ab hac sancta Sede fuerint, quid hac in re definitum. Statuitque præterea Decretum hoc, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixum omnes ubique existentes arctare, & afficere, ac si vnicuique personaliter fuisse intimatum.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanae, & Vniuersalium Inquisitionis Not.

Lore † sigilli.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi 1667. Indictione quinta, die vero 7. Maii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Parris, & D.N.D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. anno Decimotertio, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum, eiusdem Sanctiss. D.N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Curorem.

ROMÆ, Ex Typographia Rev. Camera Apostolica. 1667.

FINIS.

INDICES Librorum PROHIBITORUM

E. V.
=4.